domini hereditarie possidendam, ac de ipsis sicut de propriis libere
disponendum, eorundemque omnium honorem cum eorum universis
et singulis pertinentiis in manus ipsorum prioris, fratrum, et conventus
ordinis et monasterii predictorum, damus et tradimus realem posses-
sionem, solum jure patronatus ecclesie in Morawiczan nobis reservato.
Volentes fideliter omnia et singula bona et specialiter Morawiczan et Palon-
yn villas predictas cum suis universis jure et proprietatibus, solum jure
patronatus, ut prefertur, excluso, sepelatis priori, fratribus ac conventui, in quan-
tum nobis possibile fuerit, intabulari procurare et easdem villas honorabili-
bus viris et dominis Petro de Rosenberg regie capelle ad omnes sanctos in
castro Pragensi et Sagame de Usk linenti prepositis fratribus nostris
carissimis et nostre ultime voluntatis executoribus, quibus dicte ville
sunt dcam

— 1379, 28 sept. —

sunt etiam ascripte commissimus, ut in case, quo nos prius de cedere, quod absit, contigerit, suprascriptas villas cum eorum pertinenciis ipsis priori, patribus et conventui prefatis inlabi ubari fideliter procurant; prout super eo prenominati fratres nostri et ultime nostre voluntatis executores securitatem, literis nris patribus ipsis priori, patribus et conventui jam fecerunt; sic ut omnia et singula premissa aut per nos facente alissimo aut per nostros ultime voluntatis executores efficaciter debeant adimpleri et votum nostrum, quod erga predictum, sacrum, Carthusiensem ordinem, gerere incepimus, ad laudem perpetuam, omnipotentis Dei et ejus intemerate matris virginis Marie feliciter consumari. Ut autem hujusmodi dotacio per nos, ut predictum, facta robur obtineat firmitatis, presentes literas dedimus nostris sigillis communitas, Actum et datum, Prage anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono die sancti Wenceslai martiris gloriosi. —

(Orig. Perg. an rothen und schwarzen Seidenfäden h. sig. von rothem Wachs im mähr. Landesarchive. — Von dieser Urkunde existirt ein zweites original ddo. 1 november 1379.) —

Ita Codex diplomaticus Moraviae, t. XI m. e. 163, pag. 148-149. —

1379, 30 sept. — Petrus von Rosenberg und Bazema von Ustí be-
-kennen, dass sie als Testamentsvollstrecker des Leitomyšler Bischofes Al-
-bert von Sternberg die Güter Moravicean und Palonin den Karthäusern,
in Leitomyšl nach seinem Tode, falls er diess bei Lebzeiten nicht sol-
-bst thäte, in die Landtafel einlegen wollen. Dt. Prag 30 sept. 1379. —

Nos Petrus de Rosenberg regie capelle ad omnes sanctos in castro Pra-
-gensi prepositus et Bazema de Ustí Linensis prepositus reverendi in christo
patris domini Alberti, Luthomiskensis episcopi, ultime voluntatis executores,
recognoscimus tenore presentium, univ. Quod cum alias idem reveren-
-dus pater et dominus certam domum, videlicet Rubi Beate Marie, ordinis
Carthusiensis, prope civitatem suam, Luthomiskensem, creaverit ac fundave-
-rit ac in dotacionem ejusdem domus bona et villas videlicet Moravicean
et Palonin

1379, 30 Sept. —

et Palomy in Moravia sita seu sitas cum omni jure et pleno dominio sine
aliorum quorumcunque prejudicio comparaverit et eidem domui jure pa-
tronatus ecclesie ibidem excepto duntaxat, condonaverit, gerens de nobis
tamquam ultima sue voluntatis alias ab ipso constitutis executoribus fide-
-ciam, singularem, eadem bona cum eorum universis juribus et pertinenciis,
prout ea comparavit et literae super eo sunt confectae per venditores ipsorum,
honorum, et villarum, nobis locodictae domus eadem, literas scribi fecit con-
-fidenter sub pactis et condicionibus infrascriptis. Videlicet, quod in casu,
ubi ipse dominus episcopus corpus ac fundator prefatus predictas villas et bona
cum eorum pertinenciis vel dictae domui vita sibi comite intabulari vel in
alia bona convenientiora permutari non posset efficere, nos extunc inta-
-bulacionem, vel commutationem, hujusmodi honorum, dictae domui debu-
-remus quantum possibile nobis foret, fideliter procurare religiosique
fratres prior... et conventus prefate domus pro tempore deberent in antea
totali dominio et usufructu dictorum, honorum, ac villarum, cum ipsorum
pertinenciis tamquam propriorum, vigore literarum, suarum, desuper ipsius
datarum, pacifica possessione gaudere. Nos igitur sui mansuetales
antedictae supradictam, ascriptionem, bonorum, nobis factam eo modo, ut
prefertur, ratam et gratam, habentes bona nostra fide et sincera absque
omni fraude et dolo ipsi priori et conventui qui pro tempore fuerint et eor-
-um successoribus ac domui sue predictae prefatas intabulacionem, dis-
-posicionem, et ordinationem, vendicionem, vel permutacionem, pro omni
utilitate predictae domus faciendas promittimus juxta posse nostrum,
exequi cum effectu, necnon alias omnia et singula premissa volumus
fideliter promovere et rata ac grata tenere promittimus omnibus dolo et
fraude proculmotis. In quorum omnium evidenciam, et certitudinem, fir-
-miorem, sigilla nostra propria de certa nostra scientia presentibus sunt
appensa. Actum et datum, Praga die sancti Teronimi anno domini mille-
-simo trecentesimo septuagesimo nono, hoc est ultima die mensis septembris.

(Orig. Perg. 2 h. sig. im rothen Wachs in den Akten des Olmützer Karthäuserklo-
-sters im mähr. Landesarchive.) —

Ita Codex diplomaticus Moraviae, t. XI, n. 164, pag. 150. —

1380, 12 Januarii —

il publie l'excommunication, lancée par le pape contre *Todocus, marchio, Moraviae, magistrum, civium, iudicum, ac juratos necnon, & cabanos civitatis Olomouensis*. . . qui avaient chassé et banni les dits chanoines d'Olmutz, met sous l'interdit la ville d'Olmutz et les domaines du margrave et ordonne à tous ceux, auxquels il s'adresse, de publier dans leurs églises les dits interdit et excommunication « *in singulis de ebris dominicis et festis, pulsatis campanis et candidis accessis domus et extinctis ac interean, projectis*. . . » — . . . etc.

Datum et actum, in Chartaria prope civitatem, Luthomisslensem, a e
Dni 1380, 12 Januarii

Ita codex diplomaticus Moraviae, t. XI, n. 172 pag. 156-158. —

1380, 3 Junii. — Markgraf *Todok* befiehlt, dass die Güter *Dolein, Tovčr* etc. der Karthause in *Leitomyšl* in die Landtafel eingetragen werden. Dt. Brünn 3 Junii 1380. —

Todocus Dei gracia marchio et dominus Moraviae etc. voir à l'autre cahier, où j'ai fait les corrections d'après le codex diplom. Moravie. —

Ita codex diplomaticus Moraviae, t. XI, n. 195 pag. 176. —

1381, 8 Januarii. — *Johann*, Bischof von *Leitomyšl*, bestätigt die Gründung des Karthäuserklosters daselbst und überträgt das Patronat der Kirche in *Moravičan* dem Prior desselben Klosters. Dt. Trčka 8 Jänner 1381.

Johannes Dei et apostolice sedis gracia episcopus Luthomisslensis ad perpetuam rei geste, noticiam, presentibus cupimus pervenire. Quod olim, reverendus in Christo pater et dominus *Albertus* episcopus, *Luthomisslensis* ecclesie episcopus et immediatus predecessor noster suo demeruit nomine et licet pro magna anime sue salute, tamen, quod reprehensibile videtur, propria auctoritate et penitus sine consensu nec *Luthomisslensis* ecclesie capituli fundavit et creavit ad laudem, Dei et beate virginis *Marię* et sancti *Johannis baptiste* de titulo monasterium, *Rubi beate Marię, sacri Carthusiensis ordinis* in fundo beati episcopatus, ymo ad mensam episcopalem spectante, comparatis et emptis per eundem, dominum, *Albertum*, episcopum, certis et competentibus us bonis extra nostram dioc.

- 1381, 8 Januarii -

nostram dyocesis, in terra Moraviae, Olomuccensis dyocesis, videlicet Morawye-
gan, Palomyr et Dolan, de propriis suis laboribus et impensis per omnia
sine nostri episcopatus et quorumcumque aliorum, prejudicio ad sustentacionem
personarum, dictae domus sicut super hoc originalis et speciales littere sunt
confecte. Haec defuncto dicto domino Alberto episcopo, pro dicta domus
fundatore, ad humiles preces... prioris et locius conventus jam dicte nove
fundacionis Cartusienensis, ad cavendum, illorum, futurorum, periculum, vol-
-entes instaurare predictam, negligentiam, habitis tamen prius fratrum nos-
-trorum, jam dicte ecclesie nostri capituli consilio et consensu pariter, appro-
-bantes episcopi fundatoris suum opus et eosdem, fratres Cartusienenses, nostre
salutis cooperatores in nostra dyocesi libenter habentes, cedimus eis dem, et
ad honorem Dei et beate virginis liberaliter damus fundum, ut predictum,
nostri episcopatus, in quo ipsum monasterium, fundatur in distinctis limi-
-tibus et certis septis prope fortalicium, nostrum, dictum Trigka, per eosdem,
fratres Cartusienenses et eorum, successores perpetue possidendum, damus
nichilominus eis dem, fratribus Cartusienensibus ligna silve eidem, monasterio
contigua, in qua jam dictus dominus Albertus ortum, sibi ferarum, facerat,
in usus eorundem, fratrum, pro ista duntaxat vice per omnia succedenda.
Hoc etiam, publice profitamur, quod in collacionibus ecclesie in predictis
videlicet villa Morawyezan. ex nomine, cujus jus patronatus sepe dictus
dominus Albertus episcopus in seam, duntaxat personam, reservaverat,
nullum nobis et nostre ecclesie jus convenit, que ecclesia, et verius dica-
-mus, ad collacionem, dictorum, Cartusienensium, per mortem, dicti domini
Alberti episcopi cum, eorundem, honorum, universitate et devoluta. Volumus
preterea dictam, novam, fundacionem, cum, suis personis divino adjutorio sub
lucione nostre ecclesie semper graciose fore et respicere. et eorundem,
profectum, et pacem, omni, qua poterimus, diligencia tam, libenter quam,
fideliter, promovere. In cujus rei testimonium, sigillum, nostrum, majus
cum, subimpresso secreto nostro ac etiam, sigillum, dicti nostri capituli, pres-
-entibus est appensum. Datum, in Trigka anno Domini millesimo trecente-
-simo octogesimo primo die octava mensis Januarii. (1381, 8 Januarii).
- Orig. Marg.

— 1381, 8 Januarii —

(Orig. Perg. zw. 2 an Pergamentstreifen h. wohlerhaltene Sig. in den Akten des Olm. Karth. Klosters im Landesarchive. Das gegenseigige des Bischofes Johann ist im rothen Wachs etw. als beschädigt. — Abgedruckt bei Peg t. 6. p. 2 pag. 68.) —

Ita Codex diplomaticus Moraviae, t. XI, n. 211 pag. 190-191. —

Nota. — On voit (t. XI n. 208 p. 187) 1380, 31 decembre que le nouvel évêque fait des donations à son chapitre, il y est dit: « cum... dñus Albertus filius recordacionis predecessor nostre immediatus capitulo nostro multas displicencias ipsius capitulum et ipsius homines exaccando piscinam ipsius capituli agris videlicet in villa abbatis dicta Absdorf extruendo faceret et census ibidem per plures annos occupasset, super quibus omnibus inter ipsum et prefatum capitulum per R^m Patrem... Johannem olim archiepiscopus copien, Pregonum, arbitrando fuit declaratum, quod prefatus noster predecessor ipsi capitulo pro dampnis et etiam expensis et impensis in litibus factis minus rebite motis, prout clarissime patuit, certam summam pecunie debebat et tenebatur expluisse et quoddam res per ipsum ablatas restituere, sicut in literis declaracionis et promunciacionis... dñi archiepiscopi continetur, quas pro dolor ipse, nescitur quod ductus spiritu, et forte morte preventus explere non curavit... » — voulant au finis ad ce ces contestations le nouvel évêque fait des concessions au chapitre... On comprend que ledit chapitre ne pouvait pas être très chère pour la chartreuse

1388, 22 Maii. — Das Olmützer Kapitel erklärt, dass es schon zu Lebzeiten des Bischofes Peter mit ihm zugleich seine Einwilligung gegeben habe zum Aufbaue eines neuen Karthäuserklosters in Dolan, dt. 22 maii 1388 s. l.

Nos Andreas decanus et capitulum ecclesie d. . . etc. . . voir à l'acte cahier, où je l'ai corrigé d'après ce code. —

Ita Codex diplomaticus Moraviae, t. XI, n. 480 pag. 423. —

1388, 21 Sept. — Heinrich Zadowetz quittiert in seinen und seiner Schwester Namen dem Prior des Karthäuserklosters in Dolan, Stefan, über 13 Mark Prager Groschen, welche ihm als die Hälfte des Kaufpreises für das Gericht in Dolan gezahlt wurden. — dt. 21 septemb. 1388, s. l. —

Signo Henricus

1388, 21 sept. —

Ego Henricus dictus Zadowicz de Zadowicz nomine meo et domine Margarete, relicte olim, Wicenonis, judicisse in Dolan, sororis mee, recognoscere tenore presentium, universis, me cum eadem sorore mea percepisse in parata pecunia grossorum, pragensium, tridecim, marcas a domino Stephano + priore Vallis Josaphat prope Olomucz, ordinis Cartusienensis, et a conventu suo pro termino sancti Wenceslai presentis, secundum, quod debuerunt et litera ipsorum, sonat nobis data, in debitis XXVI marcarum, pro judicio in Dolan, a nobis per eosdem, dominos priorem et conventum, predictos, iuste et rationabiliter empto. De quibus XIII marcas eosdem, priorem et conventum, suum, presentibus liberos et absolutos reddimus et quitamus. In cuius rei testimonium, sigillum meum, presentibus est appensum. Datum anno domini millesimo CCC. LXXXVIII^o, die sancti Wenceslai martiris.

(Orig. Perg. an Pergamentstreifen h. gut erhaltenes Hg. in den Akten des Olmützer Karth. Klosters im mähr. Landesarchive.) —

Ita Codex diplomaticus Moravice, t. XI, n^o 508, pag. 436-435. —

1389, 23 Aprilis. — Heinrich von Zadowitz quittiert das Karthäuser Kloster in Dolan über den Rest der Kaufsumme bezüglich des gerichtes in Dolan. — Dt. Dolan, 23 April 1389. —

Ego Henricus de Zadowicz recognoscere tenore presentium, universis, quod in illis viginti octo marcis pro quibus venerabiles pater et dominus Stephanus + priore et conventus domus Vallis Josaphat, Ordinis Cartusienensis, prope Olomucz iudicium, in Dolan a domina Margaretha, relicta olim, Wicenonis, sorore mea, a patris eius et a me Henrico iam dicto iusto emicione titulo cum omni, prout nos tenuimus, jure emerunt perpetue tenendum, videlicet sex marcas cum dimidia secundum, constitutum terminum, solverunt et redderunt sorori nostre et nobis predictis, ita quod iam omnes predictas viginti octo marcas pro eodem, iudicio debitas nobis iam dictis secundum, quod debuerunt, sine omni dilacione paratis pecuniis, iam plenarie persolverunt. De quibus priorem, et conventum, predictos quitto penitus et absolutos reddimus presentium, testimonio literarum. Datum et actum, die sancti georgii

1391. 16 Mart. --

dextra nostri pectoris paternis affectibus contemplantes, circa bonum
statum ipsius ordinis ferventibus studiis vigilamus et ut deo propicio idem
ordo prolegetur a noxiis et salubria semper suscipiat incrementa perso-
-neque ipsius pacis et tranquillitatis affluent ubertate, ab omni que
sint perturbatione secura ac ab oppressionibus indebitis presententur illese
ordinem, ipsius prerogativa apostolice libertatis ac exemptionis presidio
communivimus. Sane peticio pro parte vestra nobis nuper exhibita
continebat, quod licet predictus ordo vester cum omnibus monasteriis,
prioratibus, domibus et locis ejusdem, atque personis degentibus in eisdem,
ab olim reputatus fuerit et huc aciam, communiter reputetur fore a juris-
-dictione quorumlibet ordinariorum, exemptus et soli sedi apos-
-tolice immediate subiectus; tamen nonnulli eorum, ordinem cupientes
vestra et dicti ordinis privilegia et libertates infringere et aliis diversis de
causis vos inquietare et multipliciter molestare et personas ejusdem ordi-
-nis ad forum suum, trahere et alias vexare presumunt, propter que
nonnunquam vos a contemplatione et quiete vestra contra religionis vos-
-tre statum, retrahi et secularibus negociis implicari oportet: quare pro
parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, et ad evitandum, cujuslibet
molestie et inquietationis materiam, et gravamina, que vobis contra huj-
-usmodi exemptionis libertatem, possent inferri, et ut tollatur que alibi et
contra vos occasio malignandi, vos et eundem vestrum ordinem, cum omnibus
monasteriis, prioratibus, domibus ac locis ejusdem, pro incremento vestri
status et pro pace ac tranquillitate personarum, degentium in eisdem, de
novo plenarie eximere de speciali gratia dignaremur. Nos igitur hujus-
-modi supplicationibus inclinati vos et predictum ordinem, vestrum cum
omnibus et singulis monasteriis, prioratibus, domibus et locis ejusdem,
que nunc habetis et impoterunt, vos habere contigerit et cum personis
degentibus in eisdem, presentibus et futuris ab omni ordinaria jurisdictione
-ne, dominio, visitatione ac potestate qualibet et omnium, et singulorum
patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, et aliorum, quorumlibet et judi-
-cium ordinariorum, de speciali dono gratie de novo prores et eximimus et
totaliter

1391, 16 Mart.

totaliter liberamus, illaque in jus et proprietatem beati Patris ac sedis apostolicæ ac sub eorum et nostra speciali et immediata protectione presentium tenere suscipimus decernentes, ordinem, monasteria, prioratus, domos ac loca et personas hujusmodi soli et immediate sedi predictæ fore subiecta et quod locorum ordinarii seu diocesani vel alia quævis persona in vos seu monasteria, prioratus, domos aut vel personas prefatæ, ut potè prorsus exemptæ, non possint auctoritate ordinaria excommunicationis, suspensionis aut interdicti sententias promulgare, vel alias etiam ratione delicti vel contractus aut rei, de qua agatur, ubicumque committatur delictum, iniuste contractus vel res ipsa consistat, jurisdictionem aliquam exercere, felix recordationis Innocentii pape III prædecessoris nostri circa exemptos edita, que incipit: „Volentes“ et aliis constitutionibus apostolicis in contrarium editis, non obstantibus quibuscumque. Nos enim, omnes excommunicationem, suspensionem et interdicti sententias et:.. (Diese Stelle durch den Bruch des Pergamentes unleserlich).. quas et quos adversum vos et monasteria, prioratus, domos vel loca aut personas hujusmodi contra tenorem et formam exemptionis hujusmodi quomodolibet promulgari et haberi contigerit, irritas decernimus et inanes ac nullas existere firmitatis. Per exemptionem autem et libertatem hujusmodi et alia suprascripta libertatibus, privilegiis et immunitatibus vel aliis jurebus vestris et predicti ordinis de monasteriorum, prioratum, et domorum atque locorum predictorum, nullum intendimus præjudicium generari, quinimo volumus, quod illa in sua plena remaneant firmitate. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, nostre exemptionis, liberationis, suspensionis, constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum, Romæ apud sanctum, Petrum, XVII Kalendaris Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

(Orig. Perg. mit anh. päbstl. Bleisig, im mähr. Landesarchiv & Art. Karth. lit. C. Nr. 3.)

Ita codex diplomaticus Moraviae, t. 12, n. 219 pag. 12-13. —

1392, 3 Juli. — Markgraf Jodok schenkt den Karthäusern in Dolein seinen Besitz in dem Dorfe Palomin. Dt. Olmütz 3 Juli 1392.

Jodocus in gratia marchio Brandenburgus etc. . . v. o. i. l. a. u. t. r. i. c. a. h. i. e. r.
n. 12. — Datum, Olomucz anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, terciu die mensis Julii. —

(Orig. Perg. mit anh. markgr. sig. im m. Landr.-Archiv. Art. Olm. Karthäuser. — Auf der Plicatur: *De mandato domini marchionis Joannis Olomucensis Andreas. Vid. Dobn. Mon. IV. 383. Perg. Cod. Dipl. II. 93.*) —

Sta Codex Diplomaticus Moraviae, t. 12, n. 97 pag. 81. —

1395, 19 Januarii. — Markgraf Prokop verspricht seiner Schwester Anna, Gemahlin des Paters von Sternberg, dass er auf den Gütern der Herrschaft Sternberg, des Klosters daselbst und des Klosters Dolein in dem Straite, den er mit dem Markgrafen Jodok hat oder haben wird, keinen Schaden zufügen wolle. — Dt. Kojetín, 19 Jänner 1395. —

My Prokop z buoži milosti markrabě Moravský, vyznávámý tímto listem, všem, ktož jej uží, uslyši neboli čisti budú, že pro dobré a užitečné urozené Anny, sestry naše a žony urozeného Patria z Sternberka, a probbu i úmluvu urozeného Tejka z Sternberka, řečeného z Lukova, věrného našeho milého, sábili jsme i slibujem tímto listem, na tom zbuoži na všem Sternberském, jakož ona Anna sestra naše toho list má. ot svého muže, jí i cěm všem služebníkum, ažto na tom zbuoži sedí nebo seděci budú, a také na manstri, což k Sternberku přísluší, také Mladějovice a což tu okolo leží, a zvlášče na Domastackém zbuoži, ažto přikupil svrchopsaný Petr, také zvlášče pro buoh Klášterům Kartusianském z Dolein i Sternberském Klášteru, na jejich všech zbuoži, ve všech svádách i nepřizních, což činiti máme nebo činiti budem, míti s našim bratrem markrabě Joštem, i s našimi se všemi pomocníky na ničemž nemáme i slibujem neškoditi ani dáti překážeci až do její života dřívěččené Anny sestry naše. A taj věci na větší jistost a svědomí naši jsme pečot přivěsili k tomuto listu, a na svědomí podlé

Ego Gerardus de Cinsstat dictus de Resnic confiteor ~~hac~~ his lit.,
lenio omnibus ipsas lecturis vel auditis venerabilium virorum sacendo,
Aun Stephani priorum Cartusienorum in Dolano nomine suo et sui
Conventus itaque nobilium dominam Amant relictam Petri de Steru,
benz et nob. PP. Latzko de Kravaň dictum de Helfnsteyn et Petrum de
Kravaň dictum de Plümlou monuisse me de sua fidejussione, quam
promiserant olim quoad nostram villam venditam in Duccany,
illi ipsi itaque ego illam villam in aluvenemus ipso (sc. Cartusa)
etiamque jus dotale iuxta leges terra villa illi inhaerens, prefa-
tamque villam Duccany ab omni impeditioe exornigavimus
sicut promissimus facere in nostra libera, quam dedimus. Ego
autem Gerardus supradictus dolere prefatam absque magno
damno meo in his nunc celebratis conciliis [sc. comitia sine Monachis]
ex tabulare et uxorem meam ad alia bona non gravata non
patui, ut facere in prioribus conciliis [sc. recte SPERM et non semini!]
cum meis fidejussoribus ~~non~~ debui quia cum candelis celebra-
ta sunt et ego confiteor meam esse culpam ~~no~~ meorum que fide-
jussorum non vero illorum (Cartus) rem non esse in tabulatum.

Quapropter ego antedictis Gerardis promissus delictor pro-
mitto me punitur et fideliter observatum et impleturum
sicut scripsi in literis meis cum fidejussoribus meis quia nolui
feci, ut haec omnia in minimis conciliis faceremus que in illis
noli fiantibus literis promissimus sine dolo vel dilatioe et
damno Prioris et Conventus antedicti monasterii Cartusienensis
Ordinis in Dolano.

Que acta sunt coram d. Pulik-one de Konic iudice [dono dlo.,
murensi, coram sacerdote Testone notario terra et alio
pluribus bonis viris quibus testimonium datum est Obrenici di

In quorum fidei ego antefatus Gerardus de Resnic
et nos Boček de Kinsstat dictus de Resnic, Sobér de Resnic
et Bened de Chudobin sigilla nostra huius literis apposimus

Dal. dlo murensi f. V ante s. Antonii A. a Nativitate dei MCCCIO

- 1395, 19 Janvier -

podle nás urozený pan Jách z Lukova věrořčený svú píčet přivést
k tomuto listu. Dan v Hojcině, ten úterý před svatú Něciš, léta
božího narození cisic tři sta devadesát pátého. (Arch. česk. I. pag. 139)

Ita Codex diplomaticus Moraviae, t. 12 n. 231, pag. 223. —

1396, 12 Maii. — Stephan, Prior der Karthäuser in Dolein, bittet
den Augustinern in Landkron die Confraternität an. Dt. 12 Mai 1396. s. l.

Venerabilibus in Christo patribus et dominis domino Henrico preposito, priori
et toti conventui sacre congregationis fratrum canonicorum regularium or-
-dinis sancti Augustini in Landkrona frater Stephanus indignus prior et
totius conventus domus Vallis Tophat, ordinis cartusianis, in Dolan prope
Olomucz salutem et dilectionem et celitatem pacem, in presentibus atque
bonorum laborum fructum, centesimum in futuris seculis gloriosius adipsi.
Magnam, nobis dilectissimi sanctarum scripturarum mundi salvatoris con-
-gestarem, confert utilitatem, memoria, si que audimus et legimus devotiore
profectu in fraterne caritatis officia quantum possumus in domino Thesu
Christo affectibus approbamus. Hinc etenim, paterne sollicitudinis sanctorum
apostolorum, conante vigilancia qua « alter alterius onera portat, » et
iterum, « orate pro invicem, ut salvemini » dicitur; sapientis quoque acced-
-ente sententia, qua legitur: « frater qui adiuvat fratrem, tanquam civitas
inexpugnabilis » sanctum, ac salubre putamus tales in Christo ad presentes pere-
-grinationis tollendum fastidium, collegas in generalibus singulariter requi-
-rere, cum quibus unum cor et una anima affectu quodammodo huiusmodi
laboriosi certaminis sicut consolationis ita et tribulationis fidelissimos cohortatores
adjutores et socios habere possimus equanimiter in Christo in vita pariter et in
morte. Quamquam, etenim, dilectissimi sancta mater ecclesia bonorum labor-
-um cotidiana beneficia, que pro divina laude in salutem, totius sui corporis
convenit peragere in singulos ad operationis filios redeat generaliter, nequaquam
tamen hae catholice religionis dogmatibus, et specialibus caris specialium
opitulationum, stipendia largiatur. Dum, enim, pro conditione atque bona
nostra a domino collata in domino alteruter dividimus, non que nostra sed
que Patris

- 1396, 19. Mai -

que tam Christi sunt, agentes in caritatis vinculo mentes intimas adiuvamus,
fitque sic, ut quod quasi dividuum, et singulare haberi videtur in singulis,
hac dilectionis unitate proficiat universis qua propter in Christo Thesudom.
- uno nostro sicut nostras preces libenter suscipitis in Christo, ita et nos vestris
inclinati devotis precibus, nobis precibus precibus, vota nostra in his scriptis
reddimus dilectioni vestre, que sicut bene recollatis distinxerunt labia nostra
Volentes igitur in Christo in omni tempore sine intermissione et specialiter
in diebus solemnitibus et ceteris nostre constitutionis certis temporibus et
regis nostri Thesu Christi sanctis sacrificiis, que offerimus, vestri devota
esse memores, sicut docet meminisse fratrum, talem in Christo vobis cum
fraternitatem, et amicitiam, specialem, ex certo communis contractus
decreto constituimus et firmamus, quod ab hoc presentis date anno domi-
- ni et deinceps annis singulis uno certo constituto die solemni anniversari-
- arium, pro vestre domus singulis fratribus et coris vestris cum novem
leccionum, vigiliis et cantata missa defunctorum, semel dentur at in an-
- no tam humiliter quam constantes pro nos et posteros nostros in perpetuum
observemus. In qua missa et vigiliis dicta prima collecta anniversarii
pro fratribus ceteris addentur, que ad ^{devotio?} de voto suggererit, cumque cuiuscumque
vestrum presentium, et futurorum, recens obitus, queam, semper beatam desi-
- deramus fieri, nostre innotuerit congregationi, illico ad tale obligabuntur
beneficium, et scilicet novem leccionum, vigiliis dictis et missa solemni-
- ter solito more cantata cum tractu De profundis unusquisque sacerdotum
tenebitur in privato pro tali defuncto duas missas legere, et non sacerdos
frater tenebitur duas quinquagenas pro almorum, pro gloria patri requiem
concludendo; conversus autem, sive laicus frater tenebitur dicere centum
et quinquaginta dominicas orationes cum totidem Ave Maria. Volentes
id ipsum, in antedicta domo nostra ad iudicium domini nostri Thesu Christi
in perpetuum observare a vestra fraternitate sperantes id ipsum, et prole-
- lantes. Ceterum, orate pro nobis; oramus siquidem, et nos et desideramus
in domino, ut caritas vestra magis ac magis habeat in domino et in
omni sensu et probetur perturbante apostolo peiora et sitis sinceris et sine
offensa

- 1396, 12 Maii -

offensa in diem, Christi repleti fructu iusticie per Thasum, Christum in
laudem et gloriam, dei Amen. Scriptum anno Domini millesimo tracentisimo
nonagesimo sexto, proxima feria sexta post ascensionem, Domini, sub
nostre memorie conventualis sigilli ^{apertis!} appensione in eternam memoriam premis-
sorum. -

(Auf dupl. d. Original: A universarium, vestrum, signavimus in Kalendario nostro
in sillaba «men» cisiojani, videlicet tercio die ante purificationem, beatissime
Virginis. Scripta manu Petri. - Orig. Perg. mit 2 unhang. sig., wovon nur das 2.,
vorhanden ist, im ms. Landes-Archiv. Art. Olmützer Aug. lit. D. n. 7.) -

Ita Codex diplomaticus Moravie, t. 12, n. 316 pag. 293-294. -

1396, 25 Aug. - Michael de Gyro beschreibt die Grenzen der Karth-
häuser in Dolein. - Dt. Dolein 25 Aug. 1396. -

Ego frater Michael, prior indignus domus s. Mauritii in Gyris, auctoritate
reverendi etc. ... voir à l'autre cahier n. 13. - (Pag Codex diplom. III, pag. 116.) -

Ita Codex diplomaticus Moravie, t. 12, n. 339 pag. 312. -

1397, 2 oct. - Pabst Bonifacius IX beståtigt die Übertragung der Kar-
thause bei Leitomyšl nach Dolein (Vallis Tosaphat) bei Olmütz. - ^{2 oct. 1397.} Dt. Horn

Bonifacius episcopus servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam,
Carthusiensis ordinis ^{sacra?} (vici) religio et personarum, ipsius conspicua meri-
ta promerentur, ut ea, quae pro divini cultus augmento, ac propagatione
dicti ordinis et sustentatione personarum, earundem, matura deliberatione
facta sunt, cum a nobis requireretur, apostolici presidii munimine roboren-
tur. Exhibita tamen nobis super pro parte dilectorum filiorum prioris
et fratrum domus ^{us?} Vallis Tosaphat, dicti ordinis, Olomacensis diocesis, petitione
continebat, quod olim bona memorie Albertus, episcopus Leitomyslensis,
cupiens terrena in celestia et transitoria in aeterna felici commercio commu-
tare, domum Rubi beate Marie, dicti ordinis, Leitomyslensis diocesis, cons-
trui et edificari fecit, ipsamque de bonis ad eam ^{eam?} ratione personae suae
spectantibus dotavit, et deinde cum ipsa domus Rubi beate Marie secundum
apud eum

— 1397, 2 oct. —

eiusdem ordinis consuetudinem fundatā seu locatā non esset; dilecti filii capitulum generale dicti ordinis, habitis super hoc inter eos pluribus deliberationibus, bona predictae domus Rubi beatae Mariae profatorum domui Vallis Josaphat applicarent, et voluerunt, quod ipsa domus Vallis Josaphat loco dictae domus Rubi beatae Mariae foret. Quare pro parte prioris et fratrum, profatorum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut fundationem, et constructionem, dictae domus Vallis Josaphat et huiusmodi applicationem, ac omnibus aliis et singulis per praefatos capitulum, circa praemissa factis et ordinatis robor apostolicae confirmationis adiacere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinatē fundationem, et constructionem, dictae domus Vallis Josaphat et applicationem, predictas, necnon omnia et singula per dictos capitulum, circa praemissa rite facta et ordinata, ac etiam, omnes ecclesias, grangias et bona alia spiritalia et temporalia, ubicunque consistentia, quae prior et fratres domus Vallis Josaphat praedictae in praesentiarum legitime possident et imperituros, dante domino iustis titulis posterunt adipsi, eis auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti privilegio communimus. Supplementes omnes defectus, si qui forsan intervernerint in praemissis, provisō tamen, quod ecclesia dictae domus Rubi beatae Mariae ad profanos usus velut hereditas minime redigatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis, communicationis et supplementationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum, Romae apud sanctum Petrum, VI nonas octobris, pontificatus nostri anno octavo. —

(Cop. in m. Landes-Archiv, Böck'sche Sammlung Nr. 5616. — Gröd. bei Petz I. VI, Cod. diplom. tom. II, pag. 114. — Vgl. Dobn. Mon. IV. 386.) —

Ita. Codex Diplomaticus Moraviae, tom. 12 n. 424 pag. 383-384. —

1398, 28 Maii. — Markgraf Jodok gestattete den Kalthäusern in Dolein liegende Güter im Werte bis zu 700 Mark Prager Groschen anzukaufen.
dt. Bism.

- 1398, 28 Maii -

Dt. Briem 28 Mai 1398. -

Todoius dei gratia marchio Brandenburgensis, ac marchio et dominus
Moraviae, sacri Romani imperii archicamerarius, notum facimus tenore presen-
-cium universis, quod ad pia loca, in quibus cultus viget divinus, singularem
habentes affectum, eorum, praesertim, intendimus promotionem, qui in
ferventiori devocione perseverantes Deo sedulam, exhibent famulatum.
Ne igitur devocio religiosorum, virorum, prioris et conventus monasterii
beate Marie Vallis Tosphat, ordinis Cartusienensis, Olomucensis diocesis,
propter penuriam, bonorum, temporalium, tepescat, et cum monasterio, quod
de novo erigitur, nondum, de bonis temporalibus sufficienter est provisum,
nos ad hoc volentes graciosse suffragari, ut persone in eodem monasterio
degentes possent melius sustentari et in devocione perseverare, predictorum,
prioris et conventus precibus inclinati, ut ipsi pro dicto eorum, monasterio
bona temporalia in terra nostra Moraviae pro septingentis maris gros-
-sorum, possint comparare et eorum, monasterio appropriare, nostrum,
favorem, dedimus et tenore praesentium, de certa nostra scientia damus
et consensum, volentes omnino et decernentes, quatenus praefati prior
et conventus monasterii predicti habeant plenam, potestatem, a quocunque
homine, eis aliqua bona vendere volente, pro dictis septingentis maris
grossorum, semel vel successive, simul vel divisim, bona hereditaria
comparandi. Mandantes camerariis, exarariis et notariis tabularum,
quod tam, Olomucensis quam, Brunensis, fidelibus nostris dilectis, quate-
-nus dum, praedicti prior et conventus pro eorum monasterio aliqua bona
hereditaria comparaverint usque ad valores, septingentarum, marcarum,
grossorum, ad ipsorum, requisicionem, pro eorum, monasterio intabulari
iuxta consuetudinem, terre nostrae admittatis. Praesentium, sub nostri sigilli
appensione testimonio litterarum. Datum, Brune. anno Domini millesimo
trecentesimo nonagesimo octavo, feria tertia proxima post festum

(Orig. Perg. h. sig. im mähr. Landes. Archiv. - gedr. in Perz Codex diplom.
VI, pars III, page 115.) -

Ha Codex diplomaticus Moraviae, t. 12, n. 466, pag. 413. -

1399, 16 Januari. — Herart von Kunstaterklänt, dass er das dem
Karthäuserkloster verkaufte, aber bisher in die Landtafel nicht eingelegte
gut Lučany beim nächsten Landrechte einlegen wolle. — Dt. Olmütz 16
Januar 1399.

Já Herart z Kunstata, řečený z Lesnice, vyznávám tímto listem,
všem, jež to jej čísti anebo slyšeti budú, že bohabojný muž kněz
Stefan, převor Kartuský v Dolanech, od sebe a od svého konventu i
tudíž urozená pami Anna, někdy pami Petrova z Stemberka, a urození
pami Lucek z Kravař, řečený z Hefnstayna, a Petr z Kravař, řečený z Plum-
lova, upomínali si mé rukojmí, jež to slibili za (3) právu někdy jim
prodanej vsi našej Lučan, aby oni i já tudíž tu jistě ves ve desky jim
vložíli a věnne právo, jež to jest na tej vsi podle zemského obyčeje vlo-
žili a tu jistě ves Lučany ode všeho marčení vyčistili, jakž jsme to slibili
učiniti v svém listu, jež to jsme za zpravu dali. Tu sem, já napředřečený
Herart napředřečeného věna bez svéj veliké škody nemohl o tomto
mynějším sennu vyložiti z desk a svú ženu převésti na jimi čisté zbo-
ží, jakž sem, to jměl učiniti svými rukojmími na prvním sennu, jež to
o svíčkách byl, a to znám, že to ve jimi než mou a mými rukojmí-
mi scházalo, že to věno vyloženo z desk není. A protož já napředřečený
Herart, první dlužník, slibuji to věnne a pevně držeti a plniti, jakž sem se
zapsal na svém listu svými rukojmími, jež to sem dal na zpravu, abychom
to všechno plniti na prvním sennu, což jsme slibili na tom jistém zprav-
ném listu, beze lsti a beze všeho prodlení a beze vsi škody převora a
konventu jeho napředřečeného kláštera, Kartuského z úkona, v Dolanech.
A to se dále před panem Sukkem z Konice tudíž v Olomúci a před
knížem, Tajkem zemským písařem, a před mnohými dobrými, jimž to
jest osvědčeno tudíž v Olomúci. A na to (sic) vědomi já napředře-
čený Herart z Lesnice, a my Boček z Kunstata řečený z Lesnice, Soběn
z Boronica (!) a Beneš z Chudobina přivísili smy své pečeti tomuto
listu. Dan v Olomúci ve čtvrtek v ten před svatým Antonínem, léta
od narození božého po tisíc po třech stech devadesátého devátého.

(Orig. Perg. 4 häng. sig. in den Acten des Olm. Karthäuserklosters lit. E.,
n. 51m)

- 1399, 16 Januarii -

n. 5 im mähr. Landes-Archive). -

Ita Codex Diplomaticus Moraviae, t. 12 n. 569 pag. 447-448. -

1400, 3 Aprilis. - Der Olmützer bischoft official Vitus de Comnic
transsumirt die Bulle des Papst Bonifaz IX. vom Jahre 1397, mit der die
Karthause von Leitomyšl nach Dollein übertragen wird. - Ol. Olmütz, ^{1400.} 3 Apr.

Nos Vitus de Compnicz episcopalis Olomouensis officialis notum facimus
tenore presentium universis, quod constitutus coram nobis in figura iudicii
+ venerabilis ac religiosus vir dominus Stephanus prior monasterii Vallis Josa-
-phat, ordinis carthusianensis, Olomouensis diocesis, tenens sub in manibus
quasdam litteras apostolicas sanctissimi in Christo patris et Domini nostri
Domini Bonifacii, divina providencia pape nunci, sua vera bulla plumbea
-ca in cordula seu zona sericea viridi et glauci coloris pendente, more roma-
-ne curie bullatas, non rasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte suspec-
-tas, sed omni vicio et suspicione carentes, petens nos debita cum instan-
-cia, quatenus huiusmodi litteras apostolicas cum interpositione decreti
transsumi, exemplari, transscribi et publicari mandare dignaremur, qua-
-rum litterarum apostolicarum tenor per omnia sequitur in haec verba:

« Bonifacius episcopus, servus servorum Dei... etc. - Datum Rome apud sanctum
Petrum, VI: nonas octobris, pontificatus nostri anno octavo. » (Cod. Dipl. Mor. t. 12 p. 383)

In quorum omnium, et singulorum, testimonium premissorum, presentes nostras
litteras seu presens publicum instrumentum, presens transsumptum, in se continen-
-tes seu continens, fecit Conradum, de Lessin, publicum, notarium, ac scribam,
nostrum infra scriptum, publicari et sigilli officiales nostros apprehensione iustissimi
communiri presentibus de cernentes, et eidem, transumpto in iudicio et
extra tamquam, litere originali plena et expressa fides adhibeatur. Datum
et actum, Olomouez in domo habitationis nostre sub anno Domini millesi-
-mo quadringentesimo, indictione octava, die tertia mensis Aprilis, hora
tercia, pontificatus sanctissimi in Christo patris et Domini Domini Bonifa-
-cii. Divina providencia pape nunci anno ipsius undecimo, presentibus hon-
-orabilibus et discretis viris Dominis Jacobo Budovicy, perpetuo vicario ecclesia
-olomouensis

1400, 3 Aprilis. —

Olomucensis, Nicolao dicto Hort, plebano in Slatyna, Stephano plebano in
Rathais et Jacobo de Wiscam, clerico Olomucensis diocesis testibus ad
premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Conradus olim Johannis de Lesschin clericus Moravienensis
diocesis, publicus auctoritate imperiali notarius etc. —

(Orig. Perg. mit arch. Sig. im mähr. Landesarchiv. Nr. Olmützer Karthaus-
-res lit. C. n. 4.) —

Sta codex diplomaticus Moraviae, t. 13, n. 21 pag. 29. —
1897. —

1400, 8 Aprilis. — Bischof Johann von Leitomyšl und andere con-
-firmieren den Vergleich zwischen den Karthäusern in Dolein und dem
Pfarrer Jakob Busck von Moravičan bezüglich des der Kirche in Moravi-
-čan zugehörigen Hofes. — Dt. Landeskron, 8 April 1400. —

Nos Johannes Dei gratia episcopus Leuthomis lensis, Henricus Lanzy-
-kronensis, Fridericus Sternbergensis domorum, sancte Marie canonico-
-rum regularium, beati Augustini prepositi et Johannes prior dicte do-
-mus sancte Marie Lanzy Kronensis, presentium tenore motum facim-
-us universis, qualiter venerabilis vir dominus Stephanus prior domus
sancte Marie Vallis Tozaphat prope Dolan, ordinis Carthusiensis, diocesis
Olomucensis, totusque conventus dicte domus Vallis Tozaphat ex una,
et honorabilis vir dominus Jacobus Busck, baccalaureus in decretis
pro tunc curie episcopalis Leuthomis lensis officialis et plebanus in
Moravizan ^{parte ex altera, super omnibus litibus, dissensionibus, al-}
^{in nos tanquam, in arbitros, arbitratores et amicales}
^{tricationibus}
^{compositores} et causis inter eos quomolibet exortis et specialiter
super exustione curie totalis dicte ecclesie in Moravizan, in nos tan-
-quam, in arbitros, arbitratores et amicales compositores de alio et
basso, nichil post nec ante omittentes, compromiserunt sub certis
penis, prout in instrumentis publicis super eodem, compromisso confec-
-tis plenius notities contineri et est expressum. Nos itaque Johannes
episcopus, Henricus et Fridericus prepositi et Johannes prior, arbitri et
arbitratores supradicti, licium, dissensionum, alitacionum, jurium et
aliorum

— 1400, 8 Aprilis. —

aliorum omnium inter dictos dominos Stephanum priorem et conventum ejus,
et Jacobum Bussek, officialem, pro tunc curie episcopalis Luthomiiensis prae-
dictae, meritis, visis, auditis, intellectis ac diligenter discussis et examinatis
pro bono pacis et concordie, memoratis partibus coram nobis persona-
liter comparentibus laudumque pronunciarionem, ac arbitramentum,
cum instantia fieri postulantibus, compromissum dictarum partium,
adjectione pene sexingentorum florenorum, boni curie legalisque ponderis
de novo vallantes firmavimus ita et taliter, quod quaeunque dictarum
partium pronunciarionem, laudum ac arbitramentum, infra scriptum,
non teneret, nec servaret, dictam penam, adjectam sexingentorum floren-
orum incurreret et irremissibiliter horum medietatem, nobis arbitris
videlicet tricenis florenos, et residuam medietatem, alios videlicet tricem-
tos florenos, parti tenenti et parenti arbitramentum, solvere deberet
et pagare. Et cum dictae partes eidem, pene sponte et benivole se sub-
misissent dictum arbitrium et arbitramentum, in scriptis tulimus per
omnia in haec verba. Christi nomine invocato, ordinamus, laudamus
arbitrium atque ita precipimus primum et ante omnia, quod idem
domini Stephanus prior et Jacobus Bussek sint boni et sinceri amici,
unus promoveat alium consiliis, auxiliis et favore, prout melius pro-
test. Item precipimus, laudamus et arbitramus, quod dominus Jacobus
Bussek consenciat et promoveat incorporationem, ecclesie sue
in Moraviczan dominis Stephano priori et conventui predicto sancte
Marie Vallis Tozaphat prope Dolan, et cedat eidem, de ecclesia sua
predicta, post festum, ostensionis reliquiarum proxime venturum, quam-
cumque monitus fuerit per eos, omni contradictione proculmota.
Item pronunciamus, laudamus et arbitramus, quod dominus Stephanus
prior et conventus ejus obligent se dicto domino Jacobo Bussek in viginti
sex maris grossorum, denariorum, pragensium, moravicalis numeri,
marcam, pro LXIII grossis computando annis singulis ad tempora vite
ipsius, incipiendo solvere eadem, in festo sancti galli proxime venturi
per medium, videlicet XIII marcas, et in festo sancti georgii deinde proxime
seculi

- 1400, 8 Aprilis -

secundum XIII, et sic annis singulis sive cepit ad tempora vite ipsius domini
Jacobi ratione cessionis dictae ecclesie et super eo idem dominus Stepha-
-nus cum conventu suo literarum sigillo ipsius ac conventus sigillatarum
conficiat infra hinc et postquam ostensionis reliquiarum, proxime nunc
venturum et reponat eandem literam in monasterio Langkronensi
apud prepositum, pecunias vero supradictas videlicet XIII marcas in
festo sancti Gulli et XIII in festo sancti Georgii de uno anno et sic
annis singulis ad tempora vite ipsius domini Jacobi idem dominus
Stephanus prior et successores sui ac conventus debent reponere his
sumptibus et expensis in monasterio Langkronensi apud prepositum cum
effectu. In quocumque autem dictorum festorum, festo et XIII dies imme-
-^{diatē} ^{diatē} sequentes dicta pecunia non fuerit persoluta et reportata in loco
supradicto, ex tunc et qualibet septimana dicta festo et XIII dies imme-
-diate sequentes domino Jacobo predicto pro pena acres et medietate marca-
grossorum, denariorum, predictorum, tam diu, donec dicta capitalis pecunia
cum omni sic accrescente integraliter et in toto fuerit persoluta et in
Langkronensi monasterio reposita cum effectu. Item pronuncia-
-mus, laudamus et arbitramur, quod dominus Jacobus Bassek recipiat
decimas et omnes census sancti Georgii anni presentis in hominibus
suis et alie debita, in quibus ei idem homines duntaxat obligari,
impedimento quolibet et proculmoto. Hec omnia laudamus et arbitramur
ac inviolabiliter observari precipimus sub pena in compromisso expressa
et per nos ante pronunciationem, adjecta. Et eodem arbitrio et arbitra-
-mento per nos lecto et pronunciato mox dictae partes ratas et grates
susipientes promiserunt gratum et firmum tenere et inviolabiliter obs-
-ervare in omnibus punctis et clausulis suis sub penis supradictis. In
quorum omnium, testimonium, et robor presentis literas hanc publicam
instrumentum hujusmodi nostrum, laudum, arbitramentum, seu pron-
-unciationem, in se continentem seu continentem, per notarium publicum
infrascriptum, scribi et publicari mandavimus et sigillorum, nostrorum,
appensione fecimus communiti. Lectum et factum, et inscriptum, hoc
laudum

- 1600, 8 Aprilis -

laudem, seu arbitramentum, per nos arbitros ^{scilicet} suprascriptos in domo domus
sanctae Mariae in Laneghrona canonicorum, regularium, ordinis sancti Augusti-
ni in stuba seu refectorio anno natiuitatis domini millesimo quadring-
-entesimo, indictione octava, die octava mensis Aprilis, hora nona vel quasi,
pontificatus sanctissimi in christo patris et domini domini nostri Bonifacii,
divina providencia pape noni, anno undecimo, presentibus ibidem, hono-
-rabilibus et discretis viris dominis Johanne procuratore ac Wenceslao
- canonico regularibus dicte domus sanctae Mariae in Laneghrona ac Mar-
-iano et Petro capellanis Reverendi in christo patris domini Johannis episcopi
- pi supradicte alisque testibus pluribus circa premissa fidedignis.

Et ego Symon Nicolai de Praga, clericus Pragensis dyocesis publicus
- imperiali auctoritate et consistorii caesarum, acie episcopalis Sultoniensis
- lensis pro tunc notarius etc...

(Orig. Perg. mit 4 anhäng. sig. im mähr. Landes-Archiv e. Art. Olmützer
- Karthäuser Ct. D. n. 1.) -

Ita Codex diplomaticus Moraviae, t. 13 n. 23 pag. 31-32. -

1603, 25 Junii. - Das Karthäuserkloster in Dolein weist dem
- Olmützer Canonicus und Pfarrer Johann von Dolein und der dortigen
- Pfarrkirche für einen Acker, der durch den neuerrichteten Teich inun-
- dert wurde, ein anderes Ackerfeld ersatzweise an. Ol. Olmütz 25 Juni 1603.

In nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo quadring-
- - gentesimo tercio, indictione undecima, die vicesima quinta mensis Junii
- hora meridiei vel quasi, pontificatus sanctissimi in christo patris et domini
- nostri, domini Bonifacii divina providencia pape noni, anno ipsius quarto
- decimo, Olomucz in praesentibus in domo habitationis honorabilis et circum-
- - specti viri domini et magistrat Johannis de Cylavings, Canonici Olomuensis
- vicarii in spiritualibus et officialis curie episcopalis Olomuensis, co-
- - tunc in consistorio suo publico ad causas audiendum, et jura reddendum
- loco solito sedente pro tribunali, in meo Jacobi, notarii infrascripti testium
- - que presencia subscriptorum, constituti personaliter honorabiles et religiosi
- - viri domini

- 1603, 25 Junii -

1. viri, domini Stephanus prior monasterii Carthusiensis in Dolan ex una, et Johannes de Stragnitz, canonicus olomucensis et plebanus ecclesie parochialis in Dolan partibus ex altera, ubi prefatus dominus Johannes, canonicus et plebanus ad requisitionem, dicti domini Stephani prioris non compulsus, neque coactus, collusus aut subornatus, sed sponte, libere et voluntarie confusus est et recognovit, quod dicitur Stephanus prior suo et conventus sui nominibus quandam particularem agrorum, ad ecclesiam, parochialem spectantem, quos per extinctionem, nove prisonis suffocaverat et suffocavit, eidem domino Johanni canonico et plebano ac ecclesie sue in alio loco, meliori ubi eius et sufficientius per traditionem, aliorum agrorum, realiter compensasset et compensavit, ita quod condicio plebanorum et ecclesie in Dolan, multo melior imperpetuum, haberetur et ipse dominus Johannes nomine dictae sue ecclesie et suorum successorum, et eadem, recompensatione staret et staret optime contentus imperpetuum, quam quidem, refusionem, et recompensationem agrorum, dictus dominus Johannes ratam, gratam, atque firmam, tenens et obtinens prefatum, dominum, Stephanum et monasterium, ipsius et suos successores ab omni impetitione tua et successorum tuorum, ac tuae ecclesie quibus pronuncians et approbans, promisit imperpetuum, eidem ordinationi, refusioni et recompensationi nullo jure civili vel spirituali contravenire aliqua ratione. Quam quidem, ordinationis, refusionis et recompensationis recognitionem, (sic) voluntariam, et expressam, prefatus dominus Stephanus prior suo ac monasterii et conventus tuorum, nominibus per perpetua rei memoria sibi fecit ad acta judicialia consistorii Olomucensis predicti poni, inseri et inscribi, ac alias sub manu publica et sigillo pendente per interpositionem, auctoritatis et decreti ordinarii per prefatum, dominum, Johannem, officialem dari et decerni taliter et eo modo, quod eidem, decreto seu literis authenticis ubique locorum, tam in judicio, quam extra imperpetuum, fides indubia possit adhiberi, qui quidem, dominus Johannes vicarius et officialis petitionibus prefati domini Stephani prioris rationabilibus, ut prope et iudicis favorabiliter inclinatus attendens.

- que rem p[er]i

- 1403, 25 Junii -

que rem p*ro* operis p*ro*veniens fore promovendam, auctoritate et decretis
h*is* ante omnia solemniter interpositis mandavit michi notario subscripto,
quatenus dictas confessionem, ordinationem, reservationem, et compensationem
agrorum, p*ro* dictum dominum, Johannem, expresse factam, nil addito v*el*
diminuito, quod sensum mutet aut variet intellectum, ad acta iudicialia
consistorii Olomucensis inscriberem, et imponerem, et alias sub manu publica
et sigillo officii sui pendente consignatas conscribendo eidem, domino Stephano
Darem, traderem, et assignarem, Volens et auctoritate sua ordinaria
decrevens, quod eisdem literis autentici, ubiqueque locorum, tam in iudicio,
quam extra exhibita et producta fuerint, fides plenaria imperpetuum, adhi-
beat*ur* et eis sit standum, ac si extunc tuo et esse primitivo agerent*ur* et
formarent*ur*. Acta sunt hec anno, indictione, die, mense, hora, pontificatu
et loco, quibus supra. Presentibus honorabilibus et discretis viris domino
Conrado de Lessym, plebano ecclesie parochialis in Grelitz, tunc assessore
domini officialis predicti, Jacobo de Melnico, Petro de Morkovitz et Andrea
dicto Theraz, procuratore causarum, consistorii Olomucensis et notario
publico ac Wenceslao de Kotschan similiter notario publico Pragensis
et Olomucensis diocesis et aliis multis testibus p*ro* dignis circa premissa
constitutis. — Et ego Jacobus, quondam Johannis de Pyeska, Pragensis
diocesis auctoritate imperiali publicus notarius, scriba p*ro* causarum, consis-
torii Olomucensis. etc. ...

(Orig. Perg. mit arb. sig. im m. Landesarchive, Art. Olmütze Kartthäuser
lit. D n. 10). —

Ita codex Diplomaticus Moraviae, t. 13, n. 283, pag. 271-272. —

1403, 6 Julii. — Testament der Frau Beruse (Barbara) von Lessnitz.
Dt. (Olmütze), 6 Julii 1403.

Anno domini millesimo quadringentesimo tercio, feria sexta infra oc-
tavas visitationis Marie virginis gloriose constituta in pleno consilio nobilis
domina Beruse de Lessnyz sana mente et corpore legavit et resignavit omnes
p*ro* p*ro* in platea Judorum, nostre civitatis sitatam, religios*is* ac deo d*ed*icatis
fratribus

- 1403, 6 Julii -

fratribus priori ac conventui monasterii de Dolan, ordinis Carthusiensis, et ecclesie in Wissechorz tali condicione, quod ea defuncta dicta domus per priorem, de Dolan de scitu plebani in Wissechorz vendatur pro pecuniis. Et ille distribuatur taliter: primo prebendariis et bonifantibus in castro Olomucensi unam marcam, Item ad sanctam, Claream unam, marcam. Item ad hospitale unam, marcam, Item ad sanctum, Michaelem, unam, marcam. Item ad sanctam, Katharinam, unam, marcam, Item ad sanctum, Jacobum, unam, marcam. Residua pars pecuniarum, dividatur et media pars priori et conventui detur in Dolan et alia media pars ecclesie in Wissechorz, sic quod de scitu prioris in Dolan ematur unus certus census pro ecclesia in Wissechorz pro animabus dicte domine Be-russe et domini Smilonis viri ejus. Actum coram, Jeklino Ineyder, ma-gistro civium, Michaele Poloz consulis et ceteris juratis civitatis.

(Saliger, Olmützer Stadtb. des Wenzel v. Iglau, p. 112.) -

Ita in dex. diplomaticis Moraviae, t. 13, n. 265 pag. - 273-274. -

1406, 8 Aug. - Das Karthäuserkloster in Dollein und Johann von Strážnitz, Olmützer Canonicus, und Pfarrer in Dollein, Tauschen gegensei-tig gewisse Äcker das elbst aus. dt. Olmütz, 8 August 1406. -

+ Nos Stephanus prior et totus conventus domus Vallis Joseph et; ordinis Carthusiensis, prope Dolan, ex una, et Johannes de Strážniz canonicus ecclesie Olomucensis et plebanus sive rector parochialis ecclesie ibidem, in Dolan, meo et meorum, successorum, futurorum, plebanorum, in Dolan nominibus, parte ex altera, recognovimus tenere presentium univer-sis, quod talem concordiam, sive pactum, habita tamen prius in eadem deliberatione et consensu mutuo, alterutrum, intravimus et fecimus, quod nos prior et conventus jamdicti et nostri successores tenemus et debemus dare de quadam praxta, que vulgariter dicitur Nywa prope Hluso-vitz, que olim facta est et exalta de prato curie nostre, decimas juxta ritum et consuetudinem aliorum agrorum nostrorum, curie in Dolan. In cujus recompensum, ego Johannes, canonicus et plebanus supradictus, meo

— 1604, 8 Aug. —

me^o et successorum meorum nominibus libertati ac libertate et penitus
dimitto decimas laicales, que solvi olim consueverunt de medio lanceo, quam
jamdicti prior et conventus emerunt a quibusdam laicis quosdam ville
ad fundum et prope fundum piscine nove prope villam Dolan supradictam,
cum molendino noviter locato. Item, laicus ille, qui velto nuncupatur,
qui emit partem agrorum de curia olim in Tawryz, tenetur dare decimas
consecutas ejusdem curie, debet tamen item laicus et sui successores, quan-
diu teneant eisdem agros, tollere et recipere capita coloni sui pro colono
sed non pro messoribus. Preterea quia una parva, que dicitur vulgariter
Krzeminięz, spectans ad agros decimales curie in Dolan, et quidam alius
ager ejusdem curie, agri continentes prope Tawryz villam, commutatus
est pro agris laicalibus sub predicto monasterio sitis ex ludo predicto
medio lanceo libertate et libere a decimis laicalibus, ut predictum,
ego jamdictus Johannes, canonicus et plebanus in Dolan meo et
successorum meorum, plebanorum in Dolan, nominibus consensu
et consensu presentibus hujusmodi commutationi, ut videlicet laici
solvant de commutatis sibi sic agris laicales decimas. Et prior et
conventus monasterii supradicti et eorum successores de receptis tali
commutatione agris laicalibus solvant decimas juxta ritum genera-
lem et antiquam consuetudinem aliorum agrorum curie sue ibidem
in Dolan. In cuius rei testimonium et perpetuum firmamentum sigil-
lum officialatus ecclesie Olomucensis ad nostram, utriusque petitionem,
et sigillum conventus dictę domus Vallis Togaphat et Johannis, cano-
nici et plebani in Dolan supradicti sigillum presentibus sunt appensa.
Datum Olomucę sub anno domini millesimo quingentesimo quarto
feria sexta ante festum sancti Laurentii proxima. —

(Orig. Perg. mit 3 anh. sig. im m. Landesarchiv, Art. Olm. Karthäuser l. D.)

Sta. codex diplomaticus Moravie, t. 13 n. 325 pag. 336-337. —

1606, 14 Dec. — Das Karthäuserkloster in Dolein schliesst einen
Vergleich über die Theilung und Abgrenzung der bisher mit dem Olmützer
Domcapitel

Dom capital gemeinshaftlich besessenen Wälder, Dt. Dolan, 16 dex. 14 ob.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Stephanus primitivus
 + prior et conventus monasterii Vallis Josephi at prope Dolan, Carthusiensis ordinis,
 Obovencensis diocesis, servi Christi, ad perpetuam rei memoriam, per hoc
 presens privilegium, seu publicum instrumentum, volumus facimus universis
 tam aetate presenti quam future posteritati. quod prospicientes utilitatem,
 commodum et profectum futurum nostri monasterii, propter et diversas dispi-
 -cencias, ladia et controversias, que inter nos ac conventum, et monasterium
 nostrum ex una, necnon reverendum in Christo patrem, et dominum dominum
 Lacykonem, dei gratia episcopum, et venerabile capitulum ecclesie Obovenc-
 -ensis seu successores ipsorum partibus ex altera, oriebantur et dampnosa
 oriri possent in futurum, am fractis hujus modi procedere volentes, super
 quibusdam plagis et possessionibus silvarum, antequam ad dominia vil-
 -larum, Dolan, et Byalkowicy spectantibus, per certos benefactores monasterii
 nostri ac episcopatus predicti nomine perpetui testamenti datus et donatus
 quas insimul obtinebamus et eadem, celebramus ac ipsas indivisim, et
 indifferentes succidebamus, easdem silvas ac possessiones cum honorabili
 viro domino Johanne de Gylawings canonico, vicario in spiritualibus
 et officiali obovencensi, ad hoc predictos dominos capitulum et episcopum
 transmitto et habentem plenum, mandatum, per certa signa metarum,
 gramicarum, ac quaden, et finium, consignatarum, vel certis vocabulis,
 dividendas, distinguendas ac limitandas necnon divisim, distinximus ac
 per sortis debitam immisionem, limitavimus per omnia in hunc modum.
 Ita videlicet, quod predictarum silvarum, media prefatis dominis, . . . epis-
 copo ac capitulo et ecclesie eorum, sorte attributa. his terminis seu signis
 et vocabulis distinguitur et terminatur: incipiendo a plaga australi versus
 Dolan villam, a strada publica seu via, tendente versus Gynowan, a quadam
 quercu magna. stante juxta eandem, viam, et pro tenditur ab eadem, quercu
 incipiendo per aliam viam, que ducit per transversum montis, qui dicitur
 Skalicze, usque ad locum, seu cacumen, montis episcopi, qui dicitur Humenega,
 a quo loco sunt certa distincta metae certis signis consignate usque ad
 valem

- 1404, 14 dec. -

in allem, proximam, versus orientem, per quam vallon, defluit fluvius, qui dicitur Gynowecz, contra quam rupem, dictam, huclygynowecz exposito montes silvarum, communitatis villarum, Dolan, et Byelkowicz, quas dicta ville insimul obtinent in communi. Que quidem, vallis predicta ab illo loco mediet et dividit montes Skalicze et Lyssova ac Krzechow usque versus, ad viam communem, que ducit ad prata monasterii predicti et ad hanc partem, divisionis primam, predictam, annexus est quidam, mons dictus Krzechow cum silva sua et alio Krzechow, quam quidem, silvam mediet et dividit quidam rivulus dictus Krzechow, scaturiens a predicta via et prato monasterii predicti, dividens silvas Krzechow et Lyssovam, secunda vero pars silvarum, predictarum, per divisionem, nobis priori et conventui ac monasterio predictis et nostris successoribus sic, ut premittitur, sorte attributa. his terminis ac signis et vocabulis terminatus: incipiens a via et quercu magna supradictis versus septentrionem, seu versus Byelkowicz villam, que pars eciam, Skalicze dicitur et est alia seu residua pars montis illius Skalicze predicti, qui transit ad dextram, et sinistram, cum Anthro Lhotka usque ad terminos silvarum, ad dominium, in Byelkowicz proprie et libere spectancium, que Dyecanowecz et Tempnicze nuncupantur et his pertinenciis et terminantur in fluvio, qui descendit de monte castri Lepnecz, cui parti junctus est mons, qui dicitur Lyssova in possessionem, ex alia parte vallis, per quam, defluent rivuli Krzechow et Gynowecz. qui quidem, mons Lyssova incipit ascendendo per transversum quasi a media valle ab illo monte communitatis villarum, Dolan, et Byelkowicz, qui dicitur Lyssova et protenditur ulterius usque ad viam, et prata monasterii predicti et ibi terminatur. Ut autem, huiusmodi divisio, distinctio ac limitatio omniaque alia et singula promissa in omnibus his terminis, clausulis et punctis per nos et successores nostros in eam, firma, rata et grata observentur et robur perpetue obtineant firmitatis presentes literas privilegiales sue presentis publicum, instrumentum, exinde fieri facimus, ac per notarios publicos infrascriptos scribi et publicari petivimus nostrorumque sigillorum, videlicet prioris et conventus, appositione

1404, 14. Dec. --

appensione disposuimus commendari. Datum et actum, in monasterio Vallisjosephi
supradicto sub anno a natiuitate domini nostri Iesu Christi millesimo
quadringentesimo quarto, iudicatione duodecima, die vero decima quarta mensis
Decembris, hora meridie vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris
et domini ^{nostri} domini Innocentiiⁱⁱ diuina providencia pape septimi anno ipsius
primo. Presentibus honorabilibus, discretis, validis et honestis viris dominis
magistro Francisco dicto de Gemicz Wratislaviensis et Olomucensis ecclesia-
rum canonico, Andree de Celz canonico, Jacobo de Budwicz ac Laurentio
dicto Rahl perpetuis vicariis ecclesie Olomucensis, Wenceslao Hussaronis
de Rozassan, auctoritate imperiali publico notario, Martino olim iudice
nunc vero pro consule civitatis Olomucensis, Philippo iudice in Byellowitz,
Stephano providore professo ac Wenceslao de Brzestitz purgrawio et Wences-
lao de Morawicz armigeris, familiaribus et seruitoribus monasterii
predicti, Olomucensis diocesis, et aliis multis testibus fide dignis ad pre-
missa vocatis specialiter et rogatis et circa omnia et singula perso-
naliter constitutis. --

Et ego Jacobus quondam Johannis de Pyetka, Pragensis diocesis, auctori-
tate imperiali publicus notarius etc...

Et ego Johannes olim Petri de Pustomyer clericus Olomucensis diocesis
publicus auctoritate imperiali ac venerabilis capituli ecclesie Olomucensis
(notarius...)

(Orig. Perg. von dem 2. h. 1. g. das eine abgerissen, das zweite verletzt im
olm. Cop. Archive.). --

Ita Codex diplomaticus Moravie, t. 13, n. 343 pag. 360-362. --

1405, 21. Januarii. -- Markgraf Todok schenkt den Karthäusern
bei Dolein die ehemals markgräflichen und zur Burg Tepenec gehörigen
Wälder beim Dorfe Giebau. -- Dt. Olmitz, 21. Jänner 1405. --

Todocus dei gracia marchio Brandenburgensis, sacri Romani imperii
archicamerarius, marchio et dominus Moravia, notum facimus tenore
presencium, universis, quod considerata condicione humana et morta-
lium fragilitatem, in animo revolventes, cum ipse homo de utero geni-
-tus expressis

1605, 26 Januarii. -

trinis egressus tamquam, flos estu miseriarum, atteritur et brevissimi spaci-
revoluto tempore evanescit subito velud umbra, speculationis nostrae acie
ad ordinem, religiosarum, personarum, reflexa rite advertimus, quod hui-
usmodi at soli ad huius mundi erute involucionibus, excusso de cervici-
bus iugo, continuum exhibent altissimo liberamve (sic) famulatum, pres-
ertim cum seculares persone in hiis presigunt, que sunt carnis et sanguinis
delectentur. Inter ceteros vero religiosos viros ad venerabiles, Carthusiensis-
en, ordinem, nostrae devotionis vires direximus, quorum ubique loca egre-
gia ad honorem, omnipotentis dei et ad gloriam, christiane milicie
salutaria receperunt incrementa. Igitur religiosi fratres Carthusiensi-
bus priori et conventui monasterii Vallis Josaphat prope Villam Dolan in qua-
dam vertice siti, qui nunc sunt et in antea successu temporis erunt, quorum
nova proprago, tamquam, sacis fluenta de curoniam, aquarum plantata
suavis odoris flagrantiam, pro eterna salute anime naribus nostris spargit,
omnes silvas, nemora, rubeta, virgulta, cum pratis et pascuis, quos et que
telium, silvarum, ambitus in suo circuitu interclusit, que quidem, silve
marchionales fuerunt, et pro castro Lepenez a serenissimo principe domi-
no Karolo, sancte memoria olim, imperatore Romanorum, et Boemorum,
rege, sed pro tunc marchione Moravie, patrie nostrae et domino deputate
et que ad villam Girona pertinebant, cum pleno jure et dominio redimus
donavimus et virtute presentium, animo deliberato, voluntate libera ac
de certa nostra sciencia damus, deputamus, donamus, per ipsos fratres Car-
thusienses et successores eorum, predicto monasterio Vallis Josaphat habenda,
tenenda et perpetuis temporibus possidenda, ac in usus suos et uti-
litates monasterii, qualicumque modo, sicut hereditatem, propriam, pro
voluntate et arbitrio conservanda. Quoniam, hanc memoriam, post huius
caduce vite occanem, ibi reliquimus, ut pro salute nostra perpetuis pari-
ter temporibus apud creatorem, altissimum, in his nocturnis et diurnis
orationibus intercedant. Mandavimus igitur camerario, exudario et nota-
rio ejusdem Olomucensis, officialibus nostris fidelibus et dilectis, qui nunc sunt
vel pro tempore fuerint, quatenus prefatas silvas, rubeta, virgulta et nemora
juxta tenorem

- 1405, 24 Januarii -

justa tenorem presentis littere prenominate fratibus illi loco et monasterio
dum primum tabule terre aperte fuerint, libro seu tabulis terre inscrib-
-ant pariter et imponant. Presentium, sub nostre appensione sigilli testis-
-onio litterarum, Datum Olomucz, anno domini millesimo quadringentes-
-imo quinto, sabbato ante festum conversionis sancti Pauli.

De mandato domini marchionis Moravie Canonici Olomucensis An-
(Orig. Perg. mit anh. sig. im m. Landesarchive. Art. Olmützer Karthäuser lit. A. n. 9/a)

Haec codex diplomaticus Moravie, t. 13 n. 353 pag. 377-378. —

1405, 15 Junii. — Markgraf Prokop schenkt den Karthäusern bei
Dolan, allen seinen Besitz, der zur Burg Toponec gehört. Dt. Brünn, 15 Junii 1405.

Nos Procopius, dei gratia marchio Moravie... etc. voir l'autre cahier n. 18.

(Orig. Perg. mit anh. sig. im m. Landesarchive. Art. Olmützer Karthäuser lit. A.)
n. 6/a)

Haec codex diplomaticus Moravie, t. 13 n. 372 pag. 407. —

1406, 17 Januarii. — Markgraf Todok gestattet die Übertragung des
Karthäuserklosters von Böhmen nach Dolein bei Olmütz und schenkt
demselben einige Dörfer. Dt. Olmütz, 17 Januarii 1406. —

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos todocus dei
gratia marchio Brandenburgensis, marchio et dominus Moravie. Ad
universorum noticiam cupimus pervenire, quod dum humane vite exitum
purioris mente revolvimus et ad eam ejus fragilitatis habitudinem solerius
animus agitamus, in hoc quidem intentionem nostram, firmius et diversos
cogitatus finaliter stabilimus, quomlibet hominem, cujuscunque status,
condicionis, gradus vel aminecie existat et precipue qui se excellencio-
-ri principum dignitate cum habundancioribus rebus preferri ceteris reco-
-grosat, ad hoc demtaxat ab omnipotente Deo tanta sibi credita cum
ura animi suscepisse talenta, que propterea, quia mentes mortalium
sollitudinis afficiunt spinis, evangelico testimonio comparantur, ut se
in conspectu domini gratos villicos id est dispensatores idoneos in die ul-
-timi judicii comprobarent, et licet non tam temere de bonis confidamus
temporalibus

- 1206, 17 Januarii -

temporalibus, et largitione eorum nobis regnum celorum, emere presum-
amus, tamen in dispensatione eorum, sancta voluntas cupis libet cognoscitur
dispensantis. Ut igitur ad exemplum, proborum, partem, rerum nostrarum,
cum illo videamus partiri, cuius totum, fore dignoscitur, quod habemus
ad omnes religiosos deliberationis nostrae oculos convertimus, qui cottidie
missarum, solemniibus eius passionis agent memoriam, qui larga effu-
sione sui preciosissimi sanguinis in cruce stipite nos redemit. Inter
horum vero ceterum, devotissimum, stricciorem, vitam, ducentes fratres Car-
thusienses animadvertimus, quorum cui caro abominabilis cogit sing-
ulos professores mundi delicias cum, corporalibus voluptatibus ultra, sicut
opinamur, humanam patientiam, spe salvis penitus refutare; quam ob rem,
confidentes nos ipsorum, orationibus instantem, posse proficere, et ab ipso,
qui divina potest potentia linguam, pedis in vocem, humanam, solvere,
gratia nobis data bonis operibus redimite, de virtute in virtutem, per
semitas justicie immo vias orthodoxa fidei amplissimas et sancta conver-
satione et sincera vita diuicius prorogata feliciter ambulemus. Proposi-
tum, olim, reverendissimi patris Domini Alberti de Sternberg, Luthomislensis
episcopi, in fundatione, erectione et dotacione fratrum, dictorum, prope
Luthomisl circa Tergak castellum, monasterii nostro intuitu proposuimus,
x quod quidem, inhabitate loci partem, et partem, bonorum, temporalium,
penuria morte inopinata preventus non proleat consummare prout literis
et bullis summi pontificis, ne imperfecta res copta maneret, rogatis super
eo, ut translatio de diocese in diocesim, posset fieri, manifestissime illud
liquet; nam, talis translatio ad nostram, principatum, Moraviae absque
nostro speciali consensu fieri nequiverat, neque fratres provisione eius exi-
gua poterant pro vite humane necessitatibus sustentari. Et quia omne opus
a principio et a fine debet merito judicari, ut medum, quod nunc tranquillo
nunc modo aspero solet regi sine optimo nullatenus fraudaretur, praes-
tatum, prepositum, predicti Domini episcopi continuantes feliciter pro loco
dicti monasterii collis, quendam, seu promontorium, prope Dolan, quod Vallem
Tozaphat primis auctoribus placuit nominare, deprecarimus et animo ad liberam
voluntate

- 1406, 17 Januarii -

voluntate libera ac de certa nostra scientia, habito super eo cum fidelibus nostris lato et sano consilio, virtute presencium, deputamus, donavimus et donamus, in signumque bone voluntatis nostre ad hoc prone siquidem atque prompte inicialis ejus structure primum lapidem, manibus propriis injecimus fundamento. Sane pro sustentatione victu pariter et amictu ac necessariis usibus fratrum ordinis supradicti, quorum primus prior frater Stephanus loco superius nominato diocesis prefuisse, qui sua sollicitudine, cura, precibus et opera, ad omnia et singula, que sub spe salutis eterne prodito loco facimus et efficiamus inantea, deo dante, occasionem salutiferam nobis dedit, ipsi quidem priori ejus loci fratri Stephano et conventui ac eorum successoribus in perpetuum, ad laudem et gloriam altissimi creatoris, dei genitricis intemerate virginis Marie et Jeronimi gloriosi donavimus, dedimus, rogavimus, assignavimus et virtute presencium animo deliberato ac de certa scientia, nostrorum, fidelium, maturo consilio ac cedente, damus, donamus ac cum affectu realiter assignamus et in corporalem possessionem omnium bonorum, seu reddituum, infrascriptorum, prefatum fratrem Stephanum et conventum, sollempniter mandavimus introduci ad hoc, ut ipse Stephanus et conventus, qui nunc sunt, et successores eorum prefatis bonis in perpetuum poliantur. Primo igitur donamus et damus pro loco superius nominato duas curias allodiales in villa Palongyn sitas, cum agris cultis et incultis, cum hinc, in quibuscumque rebus consistant seu qualitercumque vulgaribus nominibus appellentur, pertinentiis universis, cum pleno et intero dominio, sive, nemoribus, rubatis, virgultis, aquis aquarumque decursibus, fluminibus, rivis, piscinis, ab aliis bonis circumadjacentibus ab antiquo distinctis, quemadmodum, olim felicis memoracionis genitor noster illustris princeps Dominus Johannes, marchio Moravie, possedit ea et tenuit, suis propriis pecuniis comparata. Item donamus et damus eidem fratri Stephano et conventui ac eorum successoribus bona nostra in montibus prope castrum Tepenecz, jam solo equatum, pariter et destructum, sita, videlicet villam Gyrona cum agris cultis

agris cultis et incultis, montibus, vallibus, silvis, nemoribus, piscinis, pratis, aquis aquarumque decursibus, flumine Bystrycze, rivis et ceteris pertinentiis universis et specialiter cum quadam curia in Hanyewicz ad marchionatum nostrum, ab antiquis temporibus pertinente, prout ab aliis bonis ibidem adjacentibus sunt distincta et cum deserto molendino. Et quia donationes cetera, quibus reverendus pater Dominus Albertus de Sternberg, Luthomislensis episcopus, monasterium pro ipsis fratribus voluerat instaurare, sine nostro speciali consensu, favore et gratia, quoad nunc propositum, non poterat optinere, idcirco de novis ipsis fratri Stephano, conventui ac ipsorum successoribus villam, Dolan, villam, Towis, villam, Morawiczan, villam, Palonyz, integras, item, villam, Luczaen integras, quam nostro interveniente adiutorio a nobili Erhardo de Lessnicz pro pecuniis compararunt, cum omnibus villarum harum agris cultis et incultis, montibus, vallibus, silvis, nemoribus, virgultis, pratis, pascuibus, aquis aquarumque decursibus, fluminibus, rivis, piscinis, molendinis, venationibus, aucupationibus, limitibus, gadiibus, graniciis et aliis spectantiis quibuscumque specialibus censentibus nominibus universis, in quibuscumque rebus consistant, seu quibus vocabulis vulgaribus nominenter, cum pleno dominio, nichil proventus ibidem, excluso et eorum antiquis possessionibus reservato ac expresso cum jure patronatus omnium villarum, que superius distinctius sunt expresse, dedimus, donavimus, assignavimus et inscribi tabulis terre Moravie mandavimus et imponi. Volumus auctoritate et vigore presentium, decernimus, et prenominate fratres prior et conventus sive successores eorum, repedicta bona liberaliter ac hereditarie possideant, teneant, regant, pariter et gubernent neque ad quempiam hominum occasione ipsorum bonorum respectum, habeant et recurrant. Et de universis illis bonis per se nobis, dum et quoties indici contigerit secundum librorum seu registrarum contentionem, bernam solvant, a ceteris vero oneribus, gravaminibus incommodis, exactionibus, theloniis demtaxat ad eos spectantibus, ipsos eximimus.

- 1406, 17 Januarii -

eximius, excipimus et libertavimus ac vigore presentium, omnimodo
libertamus. Ita tamen, ut eorum, subditi et villani in locis, ubi theolo-
-niam solvunt, sicut ceteri rustici semper solvant. Et quia divina portio
nullius fraudis humane patitur detrimenta, si quis ergo homines, pre-
-fatos fratres in repositis libertatibus, redditibus et possessionibus, pro
de verbo ad verbum, sunt specificè superius expressata, assu temerario
et stolidæ audaciæ presumpserit violare, sicut, se veridicæ ultionem,
divinam, tam in hoc seculo, quam etiam, in futuro, nos posse de læra
domini romphæa flamigera super noxios immitante maxime in die,
novissimo nullatenus evitare. Ad quorum, omnium, reale et efficax
firmamentum, majestatis nostre majoris appensione sigilli omnia pres-
-entia juxta solitam, et prisicam, consuetudinem mandavimus commu-
-niri. Datum, Olomucz anno domini millesimo quadringentesimo sexto
decima septima die Januarii.

Auf der Pliktur: Ad mandatum, domini in archionis plebanus Feopnic-
-ensis canonicus Olomucensis Andreas. -

(Orig. Perg. mit anh. fig. im m. Landesarchiv, Art. Olmützer Kartäuserlit. A. n. 10.) -

Ita Codex diplomaticus Moraviae, t. 13 n. 602 pag. 437-440. -

1406, 28 Junii. - Transsumpt der päpstlichen Bulle de dato Rom, 2, oct
1397, betreffend die Übertragung der Kartause von Leitomyšl nach
Dolein bei Olmütz. St. Vallis Tosaphat (Dolein), 28 Junii 1406. -

In nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem, millesimo quadringentes-
-imo sexto, indictione quarta decima, die vicesima octava mensis Junii,
hora sexta vel quasi, pontificatus sanctissimi in christo patris et domini
domini Innocentii divina providencia pape septimi anno ipius secundo,
in monasterio domus sancte Marie Vallis Tosaphat intitulato prope
Olomucz situato, ipsius Olomuczensis diocesis, honorabilium, ac religio-
-sorum, virorum, fratrum Cartusienensis ordinis in meum notarium publicum
infrascripti testiumque subscriptorum, presentia constitutus personaliter
+ honorabilis ac religionis in christo pater omnino Stephanus, prior omnes
fratrum

fractum, memoratorum, ordinis jam dicti, quandam bullam, in cute pargi-
- americana conscriptam, quam tunc propriis gerebat manibus obtulit intactam,
- tam, involutam, non rasam, non perforatam, non viciatam, non cancella-
- tam, omnique correptione suspitioneque carentem, a domino Bonifa-
- cio papa nono jam defuncto super confirmatione domus sue prefate
- et bonorum, ipsius legitime acquisitam, cujus quidem, bulla seu litere
- tenor de verbo ad verbum, sic intonabat: « Bonifacius episcopus servorum
- dei ... Datum Rome apud sanctum Petrum, VI nonas octobris pontificatus
- nostri anno octavo. (Cod. diplom. Mor. X 11, pag. 383) vobis plura sunt. - In parte vero
- finali illius bullae complicata velut sigillum, solet appendi haec litere fuer-
- unt conscripte, pro G. W. ent. simili liter sub illis iste S. de Aquila et illa litera
- S. et A. satis competenter extiterunt floridate, post illas quidam, tractus
- quatuor superius modicum, fracti, inferius vero obrotundi consisten-
- - bant, ex alia vero parte quaedam, cancellatura tanquam R. capitale
- appareret, que quidem, bulla seu litere sigillo rotundo plumbeo ap-
- - pensio in zona sericea de medio rubea et de medio clauca videba-
- - tur roborata, firmata et communita, et nos est cum omnibus signis
- et impressionibus literis apostolicis affigi et appendi. Super quibus om-
- - nibus et singulis prescriptis dominus prior per me notarium, publicum,
- - infrascriptum, petiit sibi fieri presentibus publicum, instrumentum, Acta
- - sunt haec anno, indictione, die, mense, hora, pontificatus et loco quibus
- - supra, presentibus honestis et discretis viris Thomae Bone et Mathey Bone
- - incolis ville Dolan prope monasterium, prescriptum, collocata testibus
- - ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Martini olim Symonis de Holessaw clericus Olomucensis
- Diocesis publicus imperiali auctoritate notarius praedictae bullae oblationi
- et presentationi et omnibus premissis cum se fierent etc. ...

(orig. Perg. in m. Landw. archiv. art. Olmützer Carthäuser, lit. C. n. 5.) -

Ita Codex diplomaticus Moraviae, t. 13 n. 2 628 pag. 466. -

1606, 21 Julii. — Notariatsakt, betreffend den Process um die
Pfarrkirche in Morawitz. Dt. Olmütz 21 Julii 1606.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem milllesimo
quadringsimo sexto, indictione quarta decima, die vero XXI mensis
Julii, hora VI v. quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris
Domini nostri Domini Innocentii divina providencia papa VIII, anno
secundo, in preurbio olomucensi et in domo honorabilis viri Domini
et magistri Johannis de Blawings, olomucensis et sancti Mauricii
in Cromesir ecclesiarum, canonici et plebani in Morawitzano, olom-
ucensis diocesis, in parimento seu cenaculo superiori eiusdem
domus, in mei notarii publici infrascripti testiumque presencia
subscriptorum, ad hoc vocatorum, et rogatorum, constitutus Dominus domi-
nus et magister Johannes advertens et considerans, quod prudentis
viri solertia, cuius est disponere presencia, recordari preterita et me-
ditari futura, oris que et cordis voce tractans et profarendi dicit,
quod sancta salubrisque est testis deus que cribrata cogitatio,
qua ut diligatur deus et proximus pariter cavetur nocitura et
prostitura in domino moderamine iusticie et gratie in humanis
actibus promoventur. Equidem, ubi inconsulta facilitas negoties
se solet immergere mortalium, et a vita virtutum, et bonis moribus
reddit degens et visiosa penitentia in pacis amela semper posteriora
pejora prioribus efficit, fomentumque inquietudini et unimorum,
discordis et litibus administrat, nisi enim ex vero caritatis fonte The-
sauri christo domino recte procedat intentio in actibus mortalium, aciam
exinde profluens sermo lubricus facile decedit et fractum, amici
profectus et bonorum, operum, non acquirit. Proinde supra notatus
Dominus et magister Johannes canonicus et plebanus, ne forte dica-
tur: concepisti ardorem, et stipulam, peperisti, bonorum, imprecia-
-one sanes existens mente et corpore, longeva quosque deliberatione
previa ac bona et propria voluntate protestatus est voce publica, quod
propter notabilem, honestatem, in spiritualibus et temporalibus manifest-
-tan utilitatem

- 1406, 21 Julii -

- tam utilitatem, et maxime propter eam, que servis dei necessaria est
in Christo caritatem, et pacem, incorporationem, ecclesie hinc in Mora-
-vicia, que videtur pro domo Vallis Josaphat, ordinis carthusiensis, prope
Dolan, Olomucensis diocesis predictae, de persuasione et consensu venerabi-
-lis Olomucensis ecclesie capituli, et asserebatur, cepta fuit nec tamen
perfecta, quamquam, reverendus in Christo pater et dominus dominus
Johannes episcopus Luthomislensis cum suis cunctis collegis super eadem
incorporatione interpretiorem, et conventum, domus Vallis Josaphat pre-
-dite ab una, et olim honorabilem, virum dominum, Jacobum, dictum
Bussak, immediatum, predecessorem, et rectorem, dicte ecclesie in Mora-
-vicia, parte ab alia, amicabilem arbitratorem et sub certa vallata pe-
-na, videlicet sexcentorum florenorum, auripuri et legalis ponderis,
verus arbiter electus fuit, tamen ad consummationem, negotii propter
guerras et pessima oppressionum, et spoliarum, tempora ad effectum
non venerit, eandem incorporationem, defuncto antecessore suo, domi-
-no Jacobo antedicto, rursus aggrediens plene et benivole sive cedat,
sive recedat, consentit et consentit bonis persuadens exhortationibus;
ut quia ex necessitate temporum, plebanorum, mutabili frequentia et hec,
ut etiam, ex publica fama constat et communiter ex mirabili et can-
-daloso regimine et mala custodia, et asserebatur, magnum, in spiri-
-tualibus et temporalibus eadem ecclesia et vix recuperabilem prejudi-
-cium, incurreret, presertim, cum pastori pro tunc non de ovibus, sed magis
de lana et hircis malis cura fuerit, facta ex eadem videlicet spelunca
latronum, de qua per multa tempora per familiam plebani latrocinia
et oppressiones pauperum, agebantur, unde et dicti monasterii priori
et fratribus magna cum magnis dampnis difficultas causarumque et
judiciorum, provocatio orta fuit, nequequam, quamdiu de misericordia
domini tempus pietatis et pacis conceditur, eandem incorporationem,
negligant, presertim, cum et quidam barones tyranni potentes, licet ad eam-
-dem incorporationem, summissimus princeps et dominus dominus Jodocus
Brandenburgensis et Moraviae marchio et alii, quorum, interest, consensu-
-rent, ipsi

- 1406, 21 Julii -

- runt, ipsi tamen jurisdictionem, sibi potentes inlentes acquirere, sicut
- tempore vacationis semel et bis factum est, non presentaverunt, sed intrin-
- sive nos appellatos eorundem fratrum, pacis turbatores et irritatores,
- quietis, ita ut etiam, idem, fratres judiciorum, placita et eorundem, cum
- dampnis magna dispendia sustinere. Ad cavendum igitur amplius
- tanta et alia diversa pericula vitum est jam dicto magistro Johanni,
- pro more ejusdem ecclesie plebano, et pleribus aliis, qui deum diligunt
- ut illi incorporationi prior et conventus jam dicti... poterunt diligenti-
- ma... et quia soli id est impersonis propriis ecclesias parochiales
- non possunt nec debent regere corporali residentia....

(Bruchstück auf Perg. stellenweise schadhast und unleserlich im m.

Landesarchive, Art. Ko. th. äusser in Dolom, Bo. 5.) -

Haec codex diplomaticus Moravice, t. 13 n. = 433 pag. 473-474. -

1407, 23 Mart. - Agnes von Sternberg, Witwe des Benes von
Kraav, vermachet für das Augustinerkloster in Fulnek einen Jahreszins
von 5 Mark und für das dortige Armenhospital von 1 Mark Groschen, dt. Fulnek
23 Mart 1407.

Ego Agnes de Sternberg alias de Lucan, nobilis domini Benes de Cravan
alias de Crumpan relicta, ad universorum notitiam, presentibus cupio dev-
- venire, quod sana mente et corpore ex certis et rationabilibus causis, pres-
- entium cum, structure in hospitali meo pro XIII infirmis non sufficienter, arti-
- culum illum, sive clausulam, de augendis VI infirmis in eodem hospitali
- fundacionis nostre ad omnes sanctos in Fulnek, sicut manifeste hoc indicat
- testamentatis litera nostra, de consilio amicorum meorum, et specialiter
- de consilio domini Stefani prioris Vallis Tosaphat prope Dolay, ordinis Con-
- tavianorum, et aliorum, fantorum, meorum, sic mutavi, quod de VI maris
- annui census, que porrigi debebant pro sustentacione augendorum VI infir-
- morum, ut predictus, quinque marce ejusdem census esse debeant porrigi
- et dari pro monasterio meo fundacionis domus sancte trinitatis in Ful-
- nek pro augenda ad numerum fratrum, una persona ordinis perpetuo tam-
- poribus affuturum, residua vero VI marca de VI predictis maris debet esse
- et porrigi

- 1407, 23 Martii -

et porrigi semper in futurum, pro jam dicto hospitali nostro, ratione
cujus more augeri debet unus infirmus ad numerum priorum, ita ut
amplius semper VIII infirmi destituti et debiles in eodem hospitali nostro
de carne ped me proviso, sicut hoc litera testamenti indicat, cum ad aucta
una marca predicta ad honorem, dei et beate virginis et omnium sanctorum,
in perpetuum sustententur. In cuius rei testimonium, sigillum, meum, pro-
-prium, et sigilla videlicet consentus predictae domus Vallis Fosaphat prope
Dolan, sigillum, quoque fratrum, et conventus canonicorum, regularium,
domus sancte Marie in Sternberg ad speciales preces meas presentibus sunt
appensa. In testimonium, et perpetuam memoriam, omnium premissorum,
Datum et actum, anno domini millesimo CCCCVII, feria quarta ante cen-
-am domini ibidem, in Fielnek.

(Entnommen dem Codex sig. M. 17. 1 pag. 131 im m. Landes archive.)

9ta Codex Diplomaticus Moraviae, t. 13 n. 670 pag. 505-506.

1407, 9 Maii. — Markgraf Jodok Widmet 200 Mark Groschen
zum Baue der Hartthaus in Dolan. — Dt. Brüm, 9 Mai 1407.

Tod ces Dei gracia marchio Brandenburgensis, marchio et dominus
Moraviae, notum facimus tenore presentium, universis, quod habito res-
-pectu ad novae plantationis monasterii fratrum, Cartusianorum, Vallis Fos-
-aphat prope villam, Dolan exordiae, quae omnino tentis pia clementia tan-
in spiritualibus quam temporalibus semper de die in diem, sub adminis-
-tratione nostri regiminis felicia in christo domino recipiant incrementa
